Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

De sole[m]nitatib. baptismi c. 23.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

& ſanguinis etiam paruulorum, quare ſi puer in ventre matris in odiũ fidei occidatur, eſt martyr.

De ſolemnitatibus Baptiſmi. Cap. 23.

SOlénitates Baptiſmi ſine quibus nemo extra neceſſitatem baptizari debet, & ſi prætermiſſæ ſint debent poſtea ſuppleri, ſunt in duplici differẽtia, quædam antecedunt Baptiſmum, aliæ ſubſequuntur. Antecedentes ſunt tres Catechiſmus, quo Baptizandus circa fidem inſtruitur. Exorciſmus quo malignus ſpiritus, inſufflando abiuratur, & vnctio olei ſancti quę ad exorciſmum refertur. Poſt Baptiſmum ſunt tres cæremoniæ: Prima ſignatio ſincipitis chriſmate. * Secunda Veſtis Candida: Tertia candela accenſa. Sunt etiam, & patrini ad ſummum

duo, vir, & fœmina, quamuis alter horũ tantum, ſufficiat, vt monet Concil. Trid. ſeſſione. 24. Cap. 2.

De Sacramento Confirmationis. Cap. 24.

BAptiſmi sacramẽtum ſequitur, illud Confirmationis, quod cętera præcedit. Huius materia eſt Chriſma ex oleo oliuarum, & balſamo confectum (ſine quo sacramentum imperfectũ eſſe videtur) conſecratum ab Epiſcopo conſecrato. Forma ſunt illa verba, Conſigno te ſigno crucis, & confirmo te Chriſmate ſalutis, in nomine Patris, & Filii, & ſpiritus ſancti, Amen. Miniſter huius sacramenti ordinarius eſt Epiſcopus: diſpenſationis ſimplex sacerdos, debet verò Chriſma quo conſtat eſſe eiuſdem anni, ſubiectum eiuſdem ſunt. Viri, &